Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Mar

terunt audie. In parabolis autem non loquebat eis. Seorsum autem discipulis disserebat omnia. Et ait illis. In die illa cum sero esset. Transeamus trans. Et dimittentes turbam assumunt illum sicut in nauim erat. Et alie naues erant cum illo. Et fit procella magna venti et fluctus mittebat in nauem ita ut iam impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super cercinum dormiens. Et excitauerunt eum et dicunt ei. Magister non ad te pertinet quod perimus. Et exurgens comminatus est uento. Et dixit mari. Tace et obmutesce. Et cessauit uentus. Et facta est tranquillitas magna nimis. Et ait illis. Quid timidi estis sic non habetis fidem. Et timuerunt timore. Et dicebant ad inuicem. Quis putas est iste. quia uentus et mare obediunt ei. V.

Et uenerunt trans fretum maris in regionem gerasenorum. Et exeunte eo de naui. statim occurrit ei de monumentis homo in spiritu immundo qui domicilium habebat in monumentis. Et nec catenis iam quisquam eum poterat ligare. qui sepe cathenis et compedibus uinctus disruperat cathenas et compedes comminuerat. Et nemo potuit eum domare. Et semper nocte et die in monumentis erat clamans et concidens se lapidibus. Videns autem iesum a longe cucurrit et adorauit eum. et clamans uoce magna dixit. Quid mihi et tibi iesu fili dei summi. Adiuro te per deum ne me torqueas. Dicebat enim illi. Exi spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum. Quod tibi nomen est. Et dicit illi. Legio michi nomen est. quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi ad montem grex porcorum magnus pascens in montibus. Et deprecabant eum spiritus dicentes. Mitte nos in porcos ut in eos intremus. et concessit eis statim iesus. Et exeuntes spiritus immundi intrauerunt in porcos. et magno impetu precipitatus est grex in mare ad duo milia. Et suffocati sunt in mari. Qui autem pascebant eos fugerunt. et nunciauerunt in ciuitatem. et in agros. et egressi sunt uidere quid esset factum. Et uenerunt ad iesum. et uiderunt illum qui demonium habuerat sedere uestitum et sane mente. et timuerunt. Narrauerunt illis qui uiderant qualiter factum est ei qui demonium habuerat. et de porcis. et rogare eum cepit ut discederet a finibus eorum. Cum ascendisset naue cepit ille